






1733, 9. - 18

PRO-CANCELLARIUS  
IOAN. CHRISITANVS  
KOENIGK,  
IVR. VTRIVSQUE DOCTOR, ET FAC.  
IVR. LIPS. ASSESSOR,  
SOLENNIA  
DOCTORALIA  
NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI  
HEINRICI CHRISTIANI Hacke,  
LIPSIENSIS,  
DIE XXVI. MART. MDCCXXIII.  
CELEBRANDA  
INDICIT.

de formis, in quibusdam, melioris proe-  
missoriis conditionis.

PRO-CAMENIARIA  
SOL-CRISTIANA  
TAV-AUTRIEGBAB DOCTOR ET LVC  
HUTIS ASSERZOR  
GELDZIA  
DOCTORATI  
nosciens et sensibilis  
HENRICI CHRISTIANI SAGITT  
HISZEN  
Die XXII MARCHI MDCCXXII  
C. H. C. A. T.  
IN F. G. I. T.



A. Ω.



Urum equidem esse videtur effatum ICTI PAPINIANI in l. 9.  
ff. de stat. homin. qui ait : In  
multis iuris nostri articulis de-  
terior est conditio foemina-  
rum, quam masculorum. Hinc  
de Platone, quem Callistratus  
in l. 2. ff. de nundin. Virum summae prudentiae et  
authoritatis apud Graecos laudat, eum inter alia  
naturae beneficia et hoc, quod non foemina, sed  
mas natus fuerit, plurimi fecisse, atque ea propter  
maximas naturae gratias egisse, relatum accepi-  
mus. Causam si inquiramus, nullam aliam reddi  
posse credimus, quam, qua sexum foemineum ma-  
gna imbecillitate et infirmitate iudicii laborare,  
multisque captionibus esse expositum asseritur, l. 2.  
S. 2. ff. ad Sct. Vellei. Quare iuxta l. 2. ff. de R. I.  
foemi-

A 2

foemi-

foeminae ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis, sunt remotae et ideo nec Iudices esse, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores possunt existere. Imo, nec ulterius regulariter tutrices fieri, l. 18. ff. de tutel. nec liberos in potestate habere, §. 10. I. de adopt. nec adoptare, vel arrogare, l. 5. C. eod. nec cum masculis heredes institutae tabulas testamenti penes se asseruare, l. 6. ff. de fid. instrum. nec liberis suis pupillariter substituere, l. 2. in pr. ff. de vulg. et pupill. subfit. nec in testamentis solennibus testes esse, §. 6. I. de testam. ordin. nec in fideicommissis familiae, arg. l. 195. §. 5. ff. de V. S. nec in feudis succedere queunt, 2. Feud. 36. et quae sunt reliqua. Ut autem res ita se habeat, certum tamen est, quod in quibusdam melioris etiam, praemasculis sint conditionis. Ita constat, quod foeminae ex intercessione sua pro aliis propter Secundum Velleianum et auth. si qua mulier, C. ad Sec. Vellei. non teneantur, l. 2. §. 1. ff. eod. it. in causis pecuniaris carceri mancipari nequeant, auth. hodie C. de custod. reor. in illis, et imprimis in virginibus cicatricum ratio habeatur, §. 9. I. de iniur. facilius veniam aetatis impetrant, l. 2. §. 1. C. de his, qui ven aetat. mater liberos dotare non obligetur, l. 14. C. de iur. dot. et, quod praecipuum ferme reputatur, uxores et viudiae tacita hypotheca cum priuilegio praelationis,

nis, respectu dotis, eiusque augmenti, non amplius extantis, in concurso creditorum gaudeant, et quidem de iure ciuili in tantum, vt etiam omnibus simplicibus hypothecariis anterioribus, siue hypothecae sint expressae, siue tacitae, praferantur, l. 12. C. qui potiores in pign. Quod priuilegium non amittunt, licet scientes obaeratis viris nupserint, l. 24 ff. solut. matrim. ibique BARTH. n. 22. BRUNNEM. Cent. 1. Dec. 3. n. 5. STRAUCH. Diff. Iur. Iust. 3. tb. 19. cum quo etiam consentit jus Sax. Elect. in decisione nouissima 6. Vid. PHILIPPI ad hanc Decis. Obs. 3. n. 8. seqq. Iung. HORN. Resp. classe 13. Sent. 2. MARTINI ad tit. 43. Ord. Proc. El. Sax. §. 1. n. 186. seqq. vel statuto, quale Goerlizii in Lusatia superiore, vt et Vratislaviae viget, caustum sit, vt nomina pupillorum, vel ciuitatum omnibus creditoribus, quamvis iure praelationis cum hypotheca expressa vel tacita fruantur, anteponi debeant, cum eiusmodi statutum a dispositio- ne iuris communis exorbitet, adeoque strictae sit interpretationis, de quo pluribus egit CARPZO- VIVS part. 2. Dec 103. Hoc, quod de priuilegio vxorum circa praelationem dotis et eius augmenti ex iure ciuili diximus, nonnullam restrictionem quoad Ius Saxonum Electorale patitur, siquidem hoc retinuit quidem uxoribus ius praelationis, sed ratione hypothcarum aliud obseruari praecepit,

dum illae tantum iis creditoribus, qui expressam hypothecam anteriorem non habent, praeferuntur, *Ord. Proc. El. Sax. vet. tit. 43. §. 1.* Vtrum autem hoc priuilegium ad omnes omnino vxores et viduas, Christianas pariter, ac alias, quae fidem Christianorum non amplectuntur, pertineat, non immerito quaeritur? De vxore Iudea casum in Facultate nostra ante annum habuimus, vbi Amsel Beyfus, Iudeus, Francofurti ad Moenum bonis lapsus, concursum creditorum excitauerat, cuius vxor, Golda, dotem repetens, coeteris creditoribus, hypothecam expressam anteriorem habentibus, anteferri praetendebat. Huius quæstionis decisio ex enodatione aliis præiudicinalis: an Iudei iurium ciuilium sint capaces? dependet. Sane; postquam Politia Mosaica, euerso Iudeorum regno, desit, et populus iste, per totum terrarum orbem nunc dispersus, ante oculos nostros versatur, certum euadit, quod Iudei in causis ciuilibus eo iure, quod illis in locis, ubi morantur, obtinet, viuere, et omnes suas actiones, solenni more, iudicia Christianorum adeundo, legibus Prouincialibus et Romanis conferre, atque excipere debeat, *L. 8. et 15. C. de Iudeis et Coelic.* Quando enim semel in Republica sunt recepti, censentur de populo et corpore ciuitatis esse, adeo ut ex consuetudine et stylo Cameræ Imperialis pro ciuib[us] Romanis habe-

habeantur, M Y N S I N G. cent. s. Obs. 6. non obstante, quod in quibusdam Imperatorum Rescriptis servi Camerae Imperialis, Cammer-Knechte, vocentur, cum hoc non secundum proprietatem vocabuli, sed in relatione severioris subiectionis, et quod in expeditionibus bellicis, aliquisque Imperii necessitatibus pecuniam colligere, et Imperatoris Camerae inferre ipsos oporteat, fieri contingat,  
ZIEGLER. de Iurib. Iudeor. cap. 2. §. 1. Grauius autem obstat videtur I. I. C. de haeret. et Manich. ubi in genere dicitur, quod priuilegia, contemplatione religionis indulta, catholicae tantum legis observatoribus prodesse debeant. Et in Nov. 109. cap. 7. et ex ea desumpta autb. item priuilegium dotis, quo mulier creditoribus, tempore prioribus, anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, et alia omnia, mulieribus a lege data, claudi debere his, quae catholicam non participant communionem. Quae itaque de haereticis sunt statuta, multo magis de Iudeis, omnibus haereticis peioribus, intelligenda veniunt, MARQV. DE SVSANNIS in Tr. de Iudeis, p 1. c. 2. IO. KIZEL. in Disc. de Regali babendor. Iudeor. n. 6. Verum enim vero, quod in his textibus disponitur, spectat solum ad haereticos, qui ab orthodoxa fide, semel agnita, rursus defuerunt, et pertinacia sua ad illam redire nolunt, non autem ad Iudeos, qui ceu hostes Christianorum,

rum, nunquam membra Ecclesiae verae fuerunt,  
sed cum Saracenis infideles audiunt. Cumque in  
toto iure eiusmodi leges de Iudeis sanctitae non re-  
periantur, nec nostrum erit, sine lege loqui, multo-  
minus placita de haereticis, praesertim in odiosis  
et poenalibus extendere, CARD. DE LUCA de do-  
te, *Disc. 132. NEGVSANT. de pignorib. et hypo-*  
*thec. p. 2. m. 4. n. 69. WISSEN. in Cod. tit. de Iu-*  
*daeis et coelic. ZIEGL. de iur. Iud. cap. 5. §. 18.*  
Atque hanc ob causam Collegium nostrum non  
dubitauit, antea nominatae vxori Iudeae, idem  
ius, quo hac in re vxores vel viduae Christianae  
gaudent, attribuere, eamque in concursu mariti  
propter dotem illatam omnibus creditoribus hy-  
pothecas expressas anteriores habentibus praefer-  
re. Tenor Sententiae M. Iunio anni praeerlapsi  
1732. latae ita se habet: *Dass Amsel Beyfusens*  
*Eheweib, Golde, das denen Eheweibern ihres Hey-*  
*rath-Guths halber, sonst nach gemeinen Rechten*  
*zustehenden stillschweigenden Unterpfands und*  
*Vorzug-Rechts billig geniesset. Id quod etiam ali-*  
*bi obseruatum legimus. Comparetur s. A. M. STRY-*  
*CKIVS in vsu mod. ff. ad lib. 42. tit. 5. §. 5. ubi Po-*  
*tentissimum Regem Borussiae et Electorem Bran-*  
*deb. ad Regimen Halberstadiense d. 3. Iulii 1703. his*  
*verbis: Es haben die Vorsteher der Judenschafft*  
*zu Halberstadt im Beyschluß allerunterthanigst*  
*gebe-*

gebeten, wir wolten das in l. 12. C. qui potior. in pign.  
dem weiblichen Geschlechte in genere verliehene pri-  
uilegium dotis aus Landes-Fürstlicher Macht auch  
auf die Juden-Weiber extendiren, und euch anbe-  
fehlen in iudicando allemahl darauf zu sprechen.  
Nun sehen wir nicht ab, warum denen vergleiteten  
Juden diejenigen beneficia, so denen Weibern de-  
iure zukommen, verweigert werden können, weil  
dieselbe, so bald sie in Unser Geleit und Schutz ge-  
nommen, sich aller der Rechten, so andere Unsere Un-  
terthanen geniessen, billig auch zu erfreuen haben  
müssen. Wir wollen aber zuförderst deshalb eueren  
Bericht und Gutachten vernehmen, und befehlen  
euch in Gnaden, Uns selbiges mit dem förderlichsten  
einzuschicken, rescriptisse, et deinde, facta relatio-  
ne, quod priuilegium ex l. 12. C. qui potior. in pign.  
etiam vxoribus Iudeorum competere debeat, d.

22. Novembr. cod. au. clementissime declarasse, me-  
morat. Plura qui de hac materia desiderat, illum  
remmittimus ad SENCKENBERGII Commenta-  
tionem de iuribus ac priuilegiis dotium illatorum  
que in concursu creditorum, tum in genere, tum  
in specie, quoad mulieres Iudeas, Giessae anno  
1729. editam. Nobis impraesentiarum haec suf-  
ficiant. Nunc adid, quod muneris mei est, con-  
vertor, cursum vitae a Candidato nostro, Viro

B.

No-

Nobilissimo atque Consultissimo, Domino HEN-  
RICO CHRISTIANO Hacken, laudabili-  
ter transactae, more recepto, breuiter pertextu-  
rus. Natus iste est hic Lipsiae, quae ob Musarum  
sedem et commerciorum frequentiam toti terra-  
rum orbis haud est incognita, nunc autem ob Sere-  
niissimi et Potentissimi Regis Poloniarum et Ele-  
etoris Saxoniae, Domini nostri, dum in viuis fuit,  
Clementissimi, inopinatam mortem cum aliis  
vel maxime contrastata, atque in hanc lucem die  
7. Iulii, anno 1702. Patre, HIOBO HEN-  
RICO Hacken, Matre vero, ANNA CA-  
THARINA HEYMIN editus. Horum Pa-  
rentum indefessa cura fuit, ut statim a pueritia  
praeceptis Christianae religionis, ut et artibus libe-  
ralibus imbueretur. Quem in finem Praecepto-  
ribus Scholae patriae ad D. Nicolai concreditus,  
Rectorem LUDOVICVM CHRISTIA-  
NV M CRELIVM, SS. Theologiae Licen-  
tiatum, et in Alma nostra Professorem Publ. Ord.  
Con-Rectorem, M. FRIDERICVM DRES-  
LERVM, et Collegam Tertium, M. IOAN.  
CHRISTOPHORVM ORTLOBIVM,  
Viros in erudienda iuuentute praecellentibus et felic-  
es, manuductores habuit: postmodum autem  
Laubanam, Hexapolin, Lusatiae superioris, se con-  
tulit,

tulit, et sub Viris Clarissimis, M. GVM-  
PRECHTO, Rectore, et M. BOETNE-  
RO, Con-Rectore, elegantiores literas, Histo-  
riam vniuersalem, Geographiam, Logicae et Rhei-  
toricae rudimenta edocuit, Patriam dulcissimam  
repetuit, et anno 1721. albo Academico insertus,  
coepta studia vterius est prosecutus, insuperque  
linguam Gallicam et Italicam bene cognitam si-  
bi reddidit. Mox doctrinam Philosophicam ex  
ore ANDREAE RIDIGERI, Philosophiae  
et Medicinae Doctoris, et AVGVSTI FRI-  
DERICI MULLERI, I.V. Doctoris et Pro-  
fessoris Publ. Ord. summa industria hausit, eaque  
sufficienter instructus, Iurisprudentiae se totum  
consecravit, et scholas partim publicas, partim  
priuatas Virorum Excellentissimorum atque Con-  
sultissimorum, LÜDERI MENCKENII,  
GRIBNERI, RIVINI, RECHENBER-  
GII, antea iam nominati MÜLLERI, BAV-  
ERI, FREIESLEBII, PETERMANNI,  
CONRADI, aliorumque sollicito frequentauit,  
hisque praeceuntibus, leges, quibus Germania uti-  
tur, diligenter scrutari, et genuina Iuris priuati, Pu-  
blici, Canonici et Feudalis principia in succum et  
sanguinem convertere curae cordique sibi habuit.  
Nec in publicum prodire, et sub Praesidio supra

laudati CAROLI OTTONIS RECHEN-  
BERGII, Jcti, Codicis Professoris Publ. Or-  
din. supremae Curiae Provincialis et Facultatis Iu-  
ridicæ Assessoris, de Regulis Iuris priuati die 25.  
Septembris 1723. in Petrino nostro disputando  
suam eruditionem demonstrare desit. Cum au-  
tem simul caeterarum Facultatum tradita, quo-  
rum notitia JCtis vel maxime necessaria existit, ad-  
discere animo sibi constitueret, Theologiae et Me-  
dicinae tantum temporis, quantum licuit, tribuit,  
et honoris causa Praeceptorem Medicinae, Dn.  
JOHANNEM ERNSTVM HEBENSTREIT;  
Phil. et Med. Doct. & P. P. Ord. nominare voluit.  
His ab solutis, e resua esse putauit, vt, antequam in  
forum prodiret, et causas Clicentum oraret, ex  
mandato Regio et Electorali examini, quod pro  
praxi audit, se subiiceret. Hinc exploratis a Fa-  
cultate nostra an. 1725. eius viribus, accepto que te-  
stimonio, authoritate Regia in Advocatorum  
numerum est receptus, et paulo post ab Amplissi-  
mo huius urbis Senatu dignitate Notarii Publ. Cæs.  
ornatus. Ad ulteriores autem honores, eosque  
Academicos supremos aspirans, adiit nuper no-  
strum Collegium, eique suum desiderium modeste  
exposuit. Admissus non tantum ad tentamen,  
sed etiam ad examen rigorosum, textis ex vtro que  
lure propositos dextre enucleauit, suamque scien-  
tiam,

tiam, sibi acquisitam nobis satis approbavit. Quare etiam ad reliqua specimina, quae Candidati edere iubentur, viam ei aperiuiimus. Atque sic instanti die Lunae, qui est 23. Martii ab hora pomeridiana II. ad III. lectionem cursoriam ad l. 10. ff. de seruit. praed. urban. habebit, venturo autem die Louis, 26. eiusd. mensis, Disputationem inauguralem, de Separatione Patrimoniorum in Concursu, horis antemeridianis locoque consueto, absque Praefide tuebitur, quibus finitis solennis renunciatio suscipietur. Et postquam Reuerendissimus et Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus HENRICVS, Dux Saxoniae, Ju-  
liae, Cliviae, Montium, Angriae et Westphaliae, Episcopatus Martisburgensis postulatus Administrator, Landgrafus Thuringiae, Marchio Misniae et utriusque Lusatiae, Comes Principalis Dignitatis Hennebergicus, Comes Marcae, Rauensbergae et Barbii, Dominus in Rauenstein, Academiae nostrae Can-

*cellarius Eminentissimus ac perpetuus,  
Dominus noster Clementissimus, Pro-*  
Cancellarii munus, annexa substituendi facultate,  
mihi gratosissime demandauit, ideoque hac po-  
testate gaudens, Viro Prae-Nobilissimo et Excel-  
lentissimo, Domino FRIDERICO FRISIO,  
Iur. Vtr. Doctori, Facultatis Iuridicae, quae Li-  
psiae floret, Assessori, et supremae Curiae prouin-  
cialis Aduocato Ordinario, Collegae meo hono-  
ratissimo, has meas partes e Decreto Collegii, de-  
fero, ab eoque maiorem in modum contendeo, vt  
eas in se suscipiat, et praedictum Candidatum,  
**HENRICVM CHRISTIANVM Hacken**,  
praestito prius iuramento Iustitiae, in utroque  
Iure, Ciuali pariter ac Canonico, Licenciatum,  
mox vero Doctorem creare, eique omnia iura  
et priuilegia cum singulis immunitatibus, quae  
Doctoribus nostris, extra tamen suffragia et Sessio-  
nes in Facultate nostra, competit, aut com-  
petere possunt, indulgere haud abnuat. Quo  
autem hic actus splendidior euadat, *Magnifi-*  
*cum Academiae Rectorem, Comites Illusterrimos,*  
*Proceres utriusque Reipublicae Amplissimos, nec*

*non*

non *Generofſimmoſ et Nobiliſſimoſ Studiorum*  
*Cultores, ea, qua par eſt, obſcuantia et huma-*  
*nitate inuitio atque rogo, velint illum praefen-*  
*tia ſua honorifica condecorare, et firmiter ſibi*  
*perſuadere, me nullam occaſionem, qua offi-*  
*cia et ſtudia mea illis conteſtari valeam, eſſe*  
*praetermissurum.* P. P. Dominica,  
quae dicitur Iudica, A.R.S.  
M.DCC.XXXIII.

---

LIPSIAE,  
EX OFFICINA LANGIL



non quod amorem ac negligenter  
Oportet ea, qd est deinde qd est prius.  
intra studio et dilectione, eximis illius dilectorum  
sit nos provocatio cordis suorum, et minime tibi  
debet ostendere, ne deponit occiditque, das offi-  
cios ac gaudiis, non illis conquisiti astemus; esse  
bisectuarij, p. P. D. ouimus,  
digne sicutur patris A. H. S.

MDCCXXXIII.

PIPERI  
EX ORPHICINA LAVONI




Leipzig, Diss., 1733  
(1)

1018







1733, 9. 2  
18

CANCELLARIUS  
AN. CHRISITANVS  
KOENIGK,  
RIVSQVE DOCTOR, ET FAC.  
IVR. LIPS. ASSESSOR,  
SOLENNIA  
OCTORALIA  
LISSIMI ET CONSULTISSIMI  
ICI CHRISTIANI Hacce,  
LIPSIENSIS,  
E XXVI. MART. MDCCXXIII.  
CELEBRANDA  
INDICIT.

io, in quibundam, melioris posse  
i conditionis.